

num complementi maximæ declinationis solis, & hunc quidē duc in sinū totum, productum diuide in sinum cōplementi declinationis ppositi arcus, arcus quotientis ex 90. sublatu relinquit declinationē alterius puncti finalis. Post hæc per 6. pronunciatū quære punctum eclipticæ, quod declinationi illi respondeat. Exemplū sit hoc tibi: Propono ecce mihi 2. gra. 26. mi. II, ubi ☉ fuit hora intronizatiōis, declinationē ipsius iā inueni ppositiōe 5. gra. 20. mi. 42. cōplementū ipsius est 69. gra. 18. mi. Sinus autē 93544. iam multiplico sinum cōplementi maximæ declinationis 91706. cum toto sinu, pductum diuido in sinū cōplementi dati arcus, & prouenient in quotiente 98035. arcus ipsius est 78. gra. 38. mi. q̄ si subduxero à 90. manebūt 11. gra. 22. mi. eaq̄ erit declinatio illius gradus eclipticæ, atq̄ hinc usq̄ in 2. gra. 26. mi. II æquatio in æquatore adæquatur. Iam porrò per 6. propositiōnem quæro gradū eclipticæ conuenientē cū hac ipsa declinatione 11. gra. 22. mi. & inuenio 29. gra. 37. mi. V. Atq̄ inter hæc duo loca eclipticæ comperio rursus 32. gra. 49. mi. & tot sanè gradus atq̄ minuta æquinoctialis ascendunt cum eo in sphaera recta.

PRONUNCIATVM X.

Punctum eclipticæ in qualibet quarta, qui terminat arcum illum qui excessionem habet super ascensionē rectam, longe maximam, quam aliquis arcus eclipticæ unq̄ habere potest, beneficio numerorum indagare.

Quòd si hoc ipsum eclipticæ punctū, & inde arcum eclipticæ scire desideras, propro sinum cōplementi maximæ declinationis, qui est 91706. eum duc in totū sinum, ex quo qd̄ inde prouenit, quære radicē quadratā, quæ in tali declinatione erit 95763. huius arcus arcum inquire sicut in quocunq̄ alio sinu recto, & producit 73. gra. 16. mi. cōplementū ipsius scilicet 16. gra. 44. mi. arguunt declinationē ab æquinoctiali eius puncti eclipticæ. Iam porrò p pronunciatū 6. arcum eclipticæ, qui huic declinationi respōdeat, & inuenies 46. gra. 14. mi. à principio V numerando. Arcus ille desinit in 16. gra. 14. minu. & hoc ipsum sanè punctū est qd̄ hactenus q̄siui. si adhuc ascensionē eius p 7. pronunciatū quæras, inuenies 43. gra. 34. mi. utrūq̄ arcum si in unam summā redigas, cōficient tibi 90. gra. Excessus arcus eclipticæ super ascensionē rectam erit 2. gra. 28. mi. Atq̄ hoc retulerit plurimū scire in sequenti pronunciatō, quamobrē hic tanq̄ cōmodiore loco & ordine decernimmo tibi uoluimus significare.

PRONUNCIATVM XI.

Si quis arcum eclipticæ & ascensionē eius rectā utrūq̄ id in unam summā redactum tibi proponat, quēlibet arcū eclipticæ & æquatoris sibi correspondentis inde elicere.

Quum aliquis tibi proponit arcum, ex arcu eclipticæ & ascensione sua cōpositum, & tu iam quēlibet singillare scire cupis, maximā tibi ppone differentiā ex proximo pronunciatō, quā aliquis arcus eclipticæ & ascensio eius haberi potest, eam ex supputatione inuenies 2. gra. 28. mi. sinū ipsius 4303. multiplica cum sinu arcus ppositi, productū in totum diuide sinum, & arcus quotientis ostendet differentiā illam qua arcus eclipticæ ascensionē suam excedit. Subtracta hac differentiā ab arcu pposito, & residuo mediato, mediū illud monstrat ascensionē rectam, differentiā hinc adde ad reliquā partem mediā, & habebis arcum eclipticæ quæsitū. Sed ne hic quoq̄ desideres exemplū, en hoc breuiter tibi: Sit arcus ppositus 36. gra. 30. mi. sinus eius rectus 59482. eum multiplica cū sinu 2. gra. 28. mi. scilicet 4303. productū diuide in totū sinū, quotiens erit 2576. arcus istius est differentiā quæ sita. s. 1. gra. 29. min. differentiā hanc si subduco ab arcu pposito, remanebūt gra. 35. mi. Medium illius est 17. gra. 31. mi. ferē, tantus est arcus æquatoris. Iam addo differentiā istam ad illud medium, & prouenient inde 19. gra. arcus ille eclipticæ, quem hoc modo habeo inuentum simul cum ascensione sua.

PRONUNCIATVM XII.

Cuiuslibet puncti eclipticæ uel etiam stellæ fixæ, cuius enim nota sit declinatio,